

Mythologia, Venise, 1567 - II, 04 : De Iunone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[08\] : De Iunone Physice](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 04 : De Iunone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 05 : De Junon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 04 : De Junon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 04 : De Iunone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 07/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/806>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 41v°-44v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Junon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

rem Dei omnibus providentem existimarent, aiebant eum excuisse Saturnum, hoc est ad Dei mentem pervenire: mox Saturnus excusat Caelum, quia mens ipsa plurima extorquet a Dei operum fecunditate, a quo, ea quae proveniunt, non integra & perfecta sunt, ut in Deo: sed a Jove ligata & angustioribus naturae limitibus accipientis visio coarctata. Quae ad mores attinent, similia propè sunt atque in Saturno. nunc de Junone dicatur.

De Junone.

Cap. IIII.

- 10 **C**um de Saturno verba faceremus superius, inter ceteros Saturni filios Junonem etiam commemoravimus: nam duas tantum feminas à Saturno natas fuisse accepimus, Glancam scilicet & Junonem. Erat id for-
20 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-
30 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-
40 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-

ἡντι δὲ τῶν, καὶ Ἰανκῶν ἀδελφῶν αὐτῆς.

Iunoque Argina, atque Alalcomenia Minerva.

Quam tamen Samiam Junonem esse scribit Pausanias in Achaëis, cum Sa-
30 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-
40 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-

ἢ Ἰλλυρῶν, ἢ Ἰνῶν.

Ἰανκῶν ἀδελφῶν αὐτῆς.

At hic Imbralis Iunonis sede relicta

- 30 **P**artheniae praesans Ancus.

Nam cum Samus antea ita vocaretur, dicta fuit postea Parthenia, quia Iuno
40 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-
50 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-

At vos, si laesæ tangit contemptus alumer:

Gurgite cetuleo septem prohibere triones.

Nec defuerunt qui ab Oceano & à Tethye nutritam fuisse dixerint, quorum
50 **C**um de Saturno cum Tyrano, ut dictum est, ut mares omnes, si qui nascerentur, à Saturno interficeret, at filias ut imperio minime aptum genus, pro arbitrio ac voto educare licebat. Cum eodem partu Iupiter & Iuno nati fuissent; Iu-

ἡντι δὲ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς Ἰανκῶν ἀδελφῶν αὐτῆς.

Ἰανκῶν ἀδελφῶν αὐτῆς Ἰανκῶν ἀδελφῶν αὐτῆς.

Ὀκεανὸν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

Oceanum visura peto nanque ultima terræ,
Vnde genus superis, vna Tethymque parentem,
Qui me aluere suis domibus feliciter olium.

Habitanit igitur Iuno in Samo insula donec virgo fuit, cuiusce rei argumen-
tum fuisse inquit, quod anniuersaria sacrificia ibi fieri solebant in nobem-
tis Dex morem, vt scripsit Lactantius. Quo autem pacto Iouis fratris facta
sit coniux, cum ad nubilem ætatem adoleuisset, ita fabulose narratum est a
nonnullis. Dicunt Ionem potius fororis desiderio aruisse, quam cum a cæ-
teris Deabus seiuinctam vidisset, cuperet, que ex eius conspectu euanescere
& occultari, sese mutauit in cuculum, & in montem, qui Thronax antea, po-
stea Coccyx ab ipso cuculo dictus fuit, conuolauit. Iupiter igitur eo ipso
die magnam tempestatem excitauit, ad quem montem, Iuno cum solz esset,
accessit, ibique confedit, vbi Iunonis adulter postea sacellum erectum fuit.
Cum tremens igitur ac frigus cuculus ad Iunonis genua aduolasset, ea il-
lius miserta auicula vestem continuo circumiecit. At Iupiter resumpta pri-
ma figura rem habere cum illa tentauit, quæ matrem verita, vbi se vxorem
ducturum Iupiter promississet & iurasset, assensit: quare apud Argiuos, qui
maximo eam habent in honore, in Iunonis templo, eius statua sedes in thro-
no cum sceptro, & cuculo super sceptro erecta fuit, vt ait Dorotheus in li-
bro secundo Metamorphoseon. Lucianus autem in Mortuorum dialogis
scriptum reliquit ex instituto Persarum & Assyriorum id fecisse Iouem, qui-
bus mos fuit vel sanguine coniunctas vxores ducere. Hæc filios Matrem
Argen. Ilithyam, & Heben dicitur habuisse, vt testatur Pausanias in Corin-
thiacis. Atque Lucianus in iisdem dialogis Iunonem scribit citra vllū con-
gressum maris è subuentaneo conceptu grauidam Vulcanum peperisse. fabu-
lati sunt præterea fontem fuisse apud Argiuos, cui Canatho nomen fuit, in
quo proditum est Iunonem, vbi quotannis se lauerit, denuo virginem fieri
qui sermo manauit ab arcanis initiorum & mysteriorum, quæ solenni ritu
apud illos fiebant, vt ait Lysimachus Alexandrinus lib. xiiii. rerum Theba-
narum, & Paul. in corinthiacis. Hæc eadem matrimoniorum præses ab anti-
quis dicebatur, vt sentit Virgilius lib. 4. Aeneidos;

10

30

30

Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.

Quæ idcirco quod præset matrimoniis pronuba fuit appellata, vt ait idem
poeta; Dant signum prima & Tellus, & pronuba Iuno.
& Ouid. in phyllidis epist.

Iunonemque, thoris quæ præsidet alma maritis.

Ferunt Iunonem lac Herculi infanti præbuisse, quò immortalitatem asse-
queretur, cum illum idcirco Pallas ad illam attulisset, quod ianuit Ly-
cophron in eo versu;

40

Ἰουνοῦ τὸν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

Gratumque cultori Tropæe vber Deæ.

Hæc Dea tria loca præcipue dicitur habuisse, in quibus colebatur summa re-
ligione, quæ ipsa sibi gratissima esse memorat apud Homerum lib. 4. Iliad.

Ἰουνοῦ τὸν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

Ἰουνοῦ τὸν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

Ἰουνοῦ τὸν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν.

At Iuno contra sic est exotisa vicissim.

L a Sunt

Mythologia.

Sunt mihi tres vrbes dilectæ, Sparta, Mycenæ

Atque Argos, quæ sacra ferunt mihi tempore in omni.

Enimvero cum multis aliis in locis magna religione Iuno colebatur, tum apud Eleos, vt ait Pausanias in Eliacis, quinto quoque anno matronæ sexdecim ludos instituebant, qui Iunonia vocabantur, atque virginibus pro ætate in classes diuisis certamen cursus proponebatur. Currebant primæ impuberes puellæ, mox grandiores natæ, postremæ natæ maximæ, quæ ad Olympica certamina etiam accedebant, sed iis minora stadia proponebantur. Hypercheriæ Iunonis præterea delubrum extructum fuit apud Lacedæmonios, quo tempore Eurotas agrum Laconicum latè diluit ex oraculi responso. Hanc Iunonem Venerem etiam nominabant, cui vota facere matronæ pro filiarum nuptiis, vt pote pronubæ Dææ, consueuerunt. Colebatur etiam Lacinia Iuno cognomento in agro Crotoniense, sicuti testatur Dionysius in libello de situ orbis in his carminibus; *ὅτι καὶ ἐν Κροτωνῶν ἀγρῷ ἱερόν ἐστι τῆς Ἰουνοῦ*

10

ἱερὸν τῆς Ἰουνοῦ ἐν Κροτωνῶν ἀγρῷ

Ναὶ ἱερόν ἐστι τῆς Ἰουνοῦ ἐν Κροτωνῶν ἀγρῷ

Ἐν δὲ τῷ ἀγρῷ τῆς Ἰουνοῦ ἱερόν ἐστι τῆς Ἰουνοῦ hic vbi ab illa

30

Exigua vrbs colitur valde iucunda Crotonis,

Aesari vbi ad primas herboſi fluminis vndas,

Alta Laciniaſis Iunonis templa videntur.

Hanc Deam cum cælicolarum Reginam putarent cum ſceptro & diademate fingere mos fuit antiquorum. ſama: et Iunonem inſenſam maxime omnium mortalium Herculi fuiſſe, quod eſt pellicæ Alemeua natus fuiſſe, propter quæm & vniuerſum Thebanorum genus odio habebat. quare fuit etiam ab ipſo Hercule vulnerata, vt teſtatur Homerus in lib. quinto Iliadæ his verbis;

ὅτι καὶ ἐν Κροτωνῶν ἀγρῷ ἱερόν ἐστι τῆς Ἰουνοῦ

Διὸς τῆς κατὰ μῆτρ' ἐστὶ τῆς Ἰουνοῦ

30

βιβλίου.

Paſſa fuit Iuno cum filius Amphitryonis

Dextrum vber ferro percussit forte trifurco.

Veruntamen cum infinitas propè difficultates, multaque pericula illi propoſuiſſet, effecit vt immortalis eius gloria apud homines vigeret. neque vllus prope fuit, quin per Iunonis odium glorioſus inter mortales eualerit, & illuſtris, quando gloria omnis & rerum gerendarum præſtantia, non niſi in arduo & difficili loco ſit conſtituta. Neque vlla fuit omnium Dearum quæ magis pellicum multitudine infeſtata fuerit: idcirco Numa apud Romanos lege ſanciuſit nequæ pellex Iunonis templum ingrederetur his verbis; Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangat, Iunoni agnum ſceminam erioibus dimiſiſſis cædito. Hæc, cum Dii cæteri territi ob metum Gigantum in Aegyptum auſugerent, ac alii aliam formam ſumpſiſſent, in vaccam ſe conuertit, vt eſt apud Ouid. lib. 5. mutationum;

40

Huc quoque terrigenam veniſſe Typhoea narrat,

Et ſe mentitis ſuperos celate figuris.

Duxque gregis dixit ſit Iupiter, vnde recurſis

Nunc quoque formatus Libyæ cum cornibus Hammon.

Delius in corvo eſt, proles Semeleæ capto,

Felle ſoror Phæbi, niueæ Saturnis vacca.

Piſce

Pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis ales.

Credita fuit esse diuitiarum Dea ab antiquis, quod etiam sensit Ouidius, ut est in Epittola Paridis;

Tantaq; vincendi cura est, ingentibus ardent

Iudicium donis sollicitare meum.

Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat.

Ipse potens dubito, fortis an esse velim.

Huic Deæ candida vacca litari mos fuit, ut testatur Virgilius libro quarto Aeneidos;

Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido

10

Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Fama est, quod Iupiter hanc Deam aliquando altè suspenderit, pedibusq; illius duas incudes appenderit, atque aureum vinculum iniecerit manibus. Tum vero cum Iuno penderet in æthere Dii cæteri grauiter ferebant, neque soluere tamen potuerunt: ut testatur Homerus in libro . . Iliadis, his casminibus;

ἢ ἂν μὲν ἐν τῷ ἑρμῆος ἀφῆλο, ἢ αἰ δὲ πρὸς αἰῶνα

Ἄφροδιτις ἔτα δέου, ἀπὸ χερσὶν ἰδρυτο ἰσθα,

χρυσῆς ἀφῆλο, αἰὲν ἢ ἀλλήλοισι ἐπιλήθη

Ἐρμῆος, ἑλκυστὸν δὲ βολύκων παρὰ τὸν ἄλκιμον,

Ἄφροδ' ἰὼν ἰδρυτο, παρὰ τὰ δὲ τοῖς ἀφῆλο

ἰδρυτο τὸ τοῖς ἀπὸ βολύκων.

20

An subitæ ut te suspendi, pedibusq; ligauit

Incudes binas, manibusq; ut vincula ieci

Aurea, firma? leui sublimis ab æthere at ipsa

Pendebas, grauitè superi doluere, sed vllus

Soluere non poterat. cepi quemcunq; propinquum

De cælo ieci.

Istud ipsum significauit aurea Homeri cathena, è qua pendebant Dii omnes Iouem de cælo detrahete conantes, quorum tamen conatus fuit irritus, ut ait Home. in lib. Iliad. 1.

Ἐρμῆος χερσὶν ἢ ἀφῆλο ἀφῆλο, . . .

Ἄφροδ' ἰὼν ἰδρυτο, παρὰ τὰ δὲ τοῖς ἀφῆλο.

Ἄλλ' οἷα αἰ ἰδρυτο ἢ ἀφῆλο ἀφῆλο ἰδρυτο.

Ἔπ' ἄφροδ' ἰὼν ἰδρυτο, ἑλκυστὸν δὲ βολύκων παρὰ τὸν ἄλκιμον.

Aurea sic vobis superi suspensa cathena

De cælo, hanc trahite ò D.oi, ætusq; Deorum.

Sed non detrahete è cælo, neque vincere summum

Vlla Iouem poterit vis, labor omnis inania.

Per huiusmodi fictas ambages rerum naturalium seriem declararunt poetæ. 40

nam, ut diximus superius, viri sapientissimi nunc rerum astronomicarum scientiam & præcepta, nunc naturalium vires & principia, nunc vitæ humanæ recte instituendæ rationem sub his fabularum arcantis integumentis occultarunt, quæ non poterant nisi à sapientibus, aut quibus sapientes explicassent, intelligi. Quid autem Iuno suspensa ita significet, & cur Iouem de cælo Dii omnes detrahete non possent, declarabitur paulo inferius. Attribuerūt antiqui Nymphas quatuordecim Iunoni, quæ illius seruitio semper assisterent, ut ait Virg. lib. 1.

Sunt

Mythologia.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.

Quarum omnium maxime tridis seruitio utebatur. Huic Deæ facer est pavo, quia propter illam exsus fuit Argus à Mercurio, & in illam avem mutatus, ut ait Theodorus in libro Metamorphoseon ubi Io custodiret mandato Junonis. Illius currû idcirco fixerunt antiqui à pavonibus trahi, ut indicavit Ouid. lib. 2. Metationum;

habili Saturnia curru

Ingreditur liquidum pavonibus æthera pictis.

10 Idcirco Adrianus Romanorum Imperator in eo Junonis templo, quod fuit in planiore Eubææ parte situm, inter cætera memoratu digna, quæ viscebantur, pavonem ex auro & lucidis preciosissimisque lapillis dicavit, ut ait Pausanias in Corinthiacis. Multa & huic Deæ tributa fuerunt cognomina; vel à locis in quibus colebatur, vel ab illis qui templa dicaverant, vel ab euentu rerum, vel à cæteris rebus huiusmodi. & ab officio Lucina, & Bellona; & à loco Argiua, & Samia. Sic quia Hercules illi capram mactasset, vocata est Aegophaga, cui apud Lacedæmonios hoc nomine mos fuit capram immolare. sic Populonea, Lacinia, Hoplisina, Bucea, Aetæa, Hypercheria, Vnixia, Moneta Calendaris, Februa, Fluonia, Domiduca, Cynthia, Interduca, Tocigena, & alia complura his similia. Hæc illa sunt, quæ de Iunone fabulosè ab antiquis sunt tradita. Nunc quid sub his fabulis contineretur, explicemus. Cur Iuno Saturni fuerit filia, dictum fuit, cum de generatione elementorum superius de Ioue verba facientes loqueremur. Hæc elementum aeris esse putabatur, ut in hymno in Iunonem patefecit Orpheus, his carminibus.

*ἄνεμος ἔστιν αἰθέριον ἐπιπέμπει δαπνίμορφοι
ἔργα παρθεράδωνος Διὸς ἐν ἄλλοις τῆρ' ἰσχυρὰ.
ἄνεμος τῆρ' αἰῆρ' ἔστιν αἰθέρων ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν.*

Aerem ostentans faciem Iuno alma, sine quæ
Cyaneo resides, præbens mortalibus auras

30 Magna touis coniuæ faciles, ventosq; salubres.

Quæ apud Virgilium etiam libro quarto se facultatem habere concitatorum imbrum & grandinum inquit hoc pacto;

His ego nigrantem commissa grandine nimbum
Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.

Vbi enim Iupiter Iunonis amore incaluit, eamque complectitur, omnium pullulant herbarum fructuumque genera. aer enim nisi superiorum corporum calore comoueatur, generare omnino non potest, quod significauit Homerus in libro 1. Iliad.

*ἄνεμος ἔστιν αἰθέρων ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν.
ἄνεμος ἔστιν αἰθέρων ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν.*

40 Sic ait: uxorem amplexus Saturnius hinc est,
Sub quibus alma parit tellus cum gramine flores.

Et quoniam aer non solum est per quem spiramus, per quem viuimus, per quem videmus, sed etiam qui nobis occultam vim naturalem in sanguinem præbeat, ut vel formidemus pericula, vel ea fortiter subeamus, idcirco Iunonem Timoris & Audentiæ potestatem habere crediderunt antiqui, ut Orpheus testatur in Argonauticis;

Διὸς αἰθέρων ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν ἀρχὴν.

Te 110

Terrorem his menti iniecit Saturnia Iuno:

Fertur in Samo insula nata & educata fuisse, quoniam saluberrimus ibi est aer. Hæc habuisse Horas nutritæ dicitur, quia ita sibi vicissim succedunt elementa, ut assidue & singulis horis corrumpantur secundum partes ac gignantur: quod nisi contingeret, periret omnino aeris elementum, cum tam facilis sit aer ad omnes mutationes. educata fuit Iuno etiam ab Oceano & Tethye, vel à filiabus fluvii Asterionis, vel à nymphis Oceaninis, quoniam aer ex aquis præcipue rarioribus factis gignitur; quemadmodum è densioribus terra. Hæc ideo ex Ioue peperit Vulcanum, quia ignem calefactus aer procreat ut frigidior & densior aquam; quod ita expressit Lucretius in libro primo;

Et primum faciunt ignem se terrere in auras
Aetheris; hinc imbrem igni, terramq; creati
Ex imbri, rursusq; à terra cuncta reuerti.

Humorem primum, mox æra, deinde calorem.

Hæc eadem filios habuit Heben & Martem, tum quia temperies aeris causa est abundantæ & vbertatis rerum omnium; tum etiam quia affectus quodammodo aer diuinitus bellorum & discordiæ semina imprimat in animis mortalium: eandemque lætitiæ & pobertatis Deam putarunt, quod ea omnia bene affectus aer agat: inde dicitur.

Ad hæc lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Neque placet Zeux sententia, qui Martem & Heben è Iunone natos putauit, quia frequentia bella propter salubria loca orientur inter homines. hinc Promuba, hinc coniugis præfecta putabatur, quod aeris benignitas omnia in lucem euocet, quare etiam iure credita est diuitiarum Dea. hæc Iouis coniux, quia in ipsum æra calor æthereus agit, & quia summa pars aeris propius accedit ad ætheream puritatem, ut ait Cice. in secundo de natura Deorum. aer autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum Iunonis nomini consecratur: quæ est soror & coniux Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum ea summa coniunctio. Eminentur autem eum, Iunoniq; attribuerunt, quod nimis est eo mollius. Ob eam molliciem cum Dii in Aegyptum propter Gigantum metum fugientes varias formas sumplissent, in vacca mutata dicitur, & à cuculo molli aucula decepta. Hæc ligata fuisse à Ioue dicitur, quia aer sit inferior vi naturali cum superiore corpore coniunctus, ut ait Plato in Timæo. Incudes sunt aqua & terra, quæ videntur ex ipso aere pendere, cum aer super his omnibus supernatet: neque Dii omnes possent ipsam Iunonem ab his vinculis liberare, quia tanta est Dei potètia, tantumque artificium in his mundanis corporibus coniungendis, ut nulla vis vel humana vel diuina, quidquam horum dissoluere possit, nisi idem artifex, qui ea fabricauit. Idem significauit per auream catenam; quæ est vis æthereorum & superiorum corporum inter se diuinitus connexorum. Dicitur fuisse ab Hercule vulnerata, quoniam grauissima semper ferè est fortunæ virtuti aduersaria, cum raro vtrunque sidera in alicuius ortu coniungere consueverint. Nymphæ complures Iunoni seruitio assidentes quid aliud significant, quam varios in ære mutationum euentus? Sacer est illi pavo quod superbum, quod ambiciosum, quod alta petens, ut potè æris temperamentum animal, quod variis coloribus ornatum, quod multos habet oculos, quia superbi sunt, ambiciosi, rerum arduarum appetentes, qui diuitiarum

Deam

Mythologia.

Deam habent tutelarem, quos multos homines observare necesse est ad re-
rum suarum custodiam. neque tamen totum est corpus coloribus distinctū,
sed quædam pars deformis, cum nihil omnino felix possit contingere. variet-
tates autem colorum quid aliud significant, quam facultatum iucturas, for-
tunæque multiplices vicissitudines, & infidias ab externis & amicorum ca-
risimorumque mortem & calamitates, quæ omnia intus in animi partem
eorum qui cæteris felices videntur, infestant. Huic Deæ templum in ea via,
quæ ducebat è Phalero Athenas, sine foribus, aut tecto sive extructū scri-
psit Pausanias in Atticis: quod quidem nihil aliud significat, nisi Deam hæc
10 nullum in locum esse includendam, cum Dea sit perquam spiramus ac vivimus.
Hæc illa sunt quidem, quæ physicè de Iunone facta fuerunt ab aëtiæ. Nunc
quid horum possit ad mores retorqueri vestigandum est. Quod at-
tinet ad auream catenam, quod omnes Dii Iovem de cælo detrahere non
possent, ego modo avaritiam, modo ambitionem, esse auream catenam cre-
diderim, quæ & si potentissima est, multosq; à vera, Dei religione ad falsa
dogmata retraxit, multasq; sectas falsæ religionis à Christo solo veridico,
Dei summi, sapiētisq; si mmæ filio desciscētes, instituit, tñ vitū bonum suo
loco dimouere non poterit, neq; veritatē vllō tpe labis dare, quæ aduersus
oēs iniurias inconcussa persistit. Qui n. vir bonus verè exiit, ille neq; aua-
ritia neq; ambit one vlla loco dimouet; quare vnusquisq; sui pōt experimē-
tum habere, an vir bonus nominari possit, cum hæc sint tanquam indices la-
pides. Sic igitur neque Iupiter cum in rebus civilibus pro lege capiat, neque
lex Christi, neque ciuitatum bene institutarum, neque iudices, vel
præfecti urbium, vel Imperatores, si viri boni sint dimoueri possunt de recta
sententia largitionibus, cum possit ipsa lex, aut iudices, corruptores & sce-
leratos homines lebe factare. Non potest igitur Iuno per suas opes, neque
per eloquentiam Mercurius, neque blanditiis Venus nec minis Mars Iovem
de cælo deicere, neque quantuscumque fuerit reliquorum Deorum eg-
tus. Chemicis artifices præterea conati sunt nonnullas fabularum Iunonis
partes ad suos ignes & ad sua vascula retrahere. Dicitur Iuno, inquit, Sa-
turni & Opis filia, Iouisque soror & coniux, & ante Iovem nata eodem par-
tu, Reginaq; esse Deorum & diuitiarum Dea, partibus & matrimonijs præ-
fecta; quæ nihil est aliud quàm aqua Mercurii, quæ Iuno nominatur. Satur-
ni ea de causa est filia, quod ab eo & eius terra distillat, ac manat. Hæc ter-
ra dat opes, siue aurum chemicum, quod vna distillet Iuno & Iupiter siue
aqua Mercurii, & sal in ima parte vasculi vitrei æt in sæce relictus. Cum ve-
rò prius effluat aqua Mercurii è vasculo, nascitur Iuno ante Iovem. Præest
eadem partibus, quod cum manat I habum chemicum educit in lucem, vnde
Lucina etiam vocata est. Præfecta connubijs putatur eadem, quoniam
40 media est coniungendis sulphureis humoribus Venere ac Marte scilicet:
quæ quod antequam manet cum Ioue coniungatur, & ambo gignant Solem
chemicum, Iouis vxor vocata fuit. Regina deorum dicta est, quoniam illa
regit, soluit, coniungit, separat, ac reprimat metalla, quæ variis Deorum no-
minibus appellantur. Ac de Iunone satis, nunc de Hebe dicamus.

De Hebe.

Cap. V.

Cum de Iunone loqueremur superius, dictum fuit Heben, quam Latini
Iuuentatē vocant, Iunonis fuisse filia. I. uis patre fuisse Iouē alii cre-
diderunt,